

rus (a) *S. Paulus*, inquit, nennt einen jeden Stadt-Pfarr-Herren einen Bischoff/d. i. ein Wächter/Priester und Eltest. Idem affirmant Commentatores Vinarienses (b), Aegid. Hunnius (c), Ioh. Ioach. Zentgravius (d), Ioh. Ad. Osiander. (e) Ioh. Andr. Qvenstedius (f), Winstrupius (g), Crellius (h), Ioh. Crocius (i) Atque optime quidem Episcopi titulus Presbyteris i. Ecclesiae pastoribus conuenit. Presbyteri Verbi Diuini praecones vocantur vel ratione aetatis, vel quod honore ac reuerentia, senioribus debita, prosequendi sunt: Pastores, quia gregem suum, sanguine Dei redemptum, verbo Diuino recreare ac contra infernalem lupum defendere debent: Episcopi autem, quia instar speculatorum in omnium auditorum suorum pietatem moresque inquirere, iisque tam publice, quam priuatim, tam in cathedra concionatoria, quam κατ' οἴκῳ (ut nuperrime sub Praesidio Venerabilis Praesidis mei luculentissime elegantissimeque demonstratum est, k) docendo, increpando, corrigendo, adhortando, consolando praesse debent.

Vocis
dei
significatio

§. 8. Progredimur iam ad alteram, quae sub examen vocanda est, vocem: *dei*. Est haec vox tertia persona verbi *deus* ligo, vincio, & tria, iudice Pasore (l), significare potest. 1. Idem est, quod necesse est, & refertur ad euentum, Act. XIV. 22. 2. Idem est, quod oportet, & refertur ad officium agentis, Apoc. XIII. 10. 3. Idem est, quod opus est, & refertur ad indigentiam. Quibus addi posse videtur, quod modo denotet necessitatem physicam, eamque vel absolutam, vel hypotheticam, modo innuat necessitatem moralem, h. e. officium seu debitum, quod necessarium est in oppositione ad moraliter indifferens. Atque hanc significationem hic quoque obtinere, tum sequens accusativus, quem regit, cum oportet significat, tum ipse contextus comprobat.

Minister
Eccl. impi-
us est verus,

§. 9. Sed quaeri hic poterit, an haec vocula tantam innuat necessitatem, ut Ecclesiae Minister, his ab Apostolo descriptis virtu-

a] T. 1. *Germ. Altenb.* f. 569. T. 5. f. 215. (b) in 1. *Tim.* III. 3. (c) *Tom.* 4. *Opp. Lat.* in 1. *Tim.* III. 3. f. 784. (d) in *Tit.* I. 5. (e) *Coll. Syst. Theol.* P. 7. p. 159. (f) *Antiquit. Bibl.* p. 84. (g) *Tom.* 2. *Pandect. Sac.* f. 545 (h) T. 2. in 1. *Tim.* III. f. 13. item f. 42. & T. 4. in *Eth. Christ.* f. 408. [i] in *Tit.* I. 5. p. 92. (k) in *Disp. de Visitatione Domestica ab Eccl. Ministro instituenda* (l) in *Lex.*